



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Flores Directorii Inqvisitorvm

Bariola, Luigi

Mediolani, 1625

Lectori Benevolo Auctor Epitomæ S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11434

LECTORI BENEVOLO Auctor Epitomæ S.

SUPER VACANEAM existimatur aliquis hanc Epitomem, à me collectam è Commentarijs, quos eruditione solidissima scriptos Directorio Inquisitorum apposuit Franciscus Pegna natione Hispanus, I. V. & S. Theologiæ Doctor, atq; in Auditorio Romanæ Rotæ Decanus . Aut enim , dicet is , superflua scripsit ille , quæ recensentur: aut operi necessaria tantummodo, quæ detrahi non possunt . De viro prudentissimo limatissimique iudicij prius illud , ne suspicari quidem licet ; hoc autem posterius , si verum est , quid detrahet is , qui Epitomen elabourauit , ex opere in quo nihil est , quod detrahatur ? Importunæ sanè preces amicorum ad hanc editionem, quam nunquam cogitaueram , me detrectantem adegerunt ; qui memorix subsidium calamo , non gloriolam nomini meo ex hac elucubratione paraueram . Verum ex huius operis scriptione , nemo prudens rerum æstimator iure potest inferre , vel præclariſſi-

riſſimi Commentatoris ſuperfluam inef-
ſe operi rerum copiam redundantemque
verborum , vel contraheortis in Epito-
men inanem fuſſe laborem . Non enim
neque primus ſum, neque ſolus, qui hanc
ſcribendi rationem inierim . Tritam mul-
torum veſtigijs viam calco . Quis recen-
ſeat eos , qui clariffimorum auctorum ,
& ab omni antiquitate probatiffimorum
Scriptorum historias , Commētarios, at-
que alia dignissima æternitate opera , in-
breuiaria compendia, epitomas, & ſum-
maria cum ingenij ſuilaude , & fine illorū
dēdecōre compegerunt ? Mitto Li-
uiānam epitomen , cuius auctor adhuc
quæritur : mitto Xiphilinum, qui copio-
ſam Dionis historiam in compendiu cō-
traxit . Videmus ipſi ætate noſtra paſſim
in Bibliothecis, librarijsque tabernis pro-
ſtare magnorum virorum S. Thomæ
Aquinatis Sum. Theologicam, Cæſarīs
Baronij Cardin. Annales Ecclesiasticos ,
Martini Nauarri Enchiridion ; & alia ,
tum huius , tum aliorum opera in epito-
men contracta . Quod illi responsuri ſunt
huic quæſtioni , qui hæc fecerunt ; idem
equidem repondebo de hac commenta-
riorum contractione , qui ſum illos imi-
tatus.

tatus. Fideliter igitur totam huius voluminis doctrinam ex prædicti Francisci Peggæ, cui tantum Vrbs, & orbis debet, commentarij excerpti. Si quam partem integrum intactamque, tametsi scitu dignissimā omisi; quod non adeò frequenter veniret in consultationem, omisi. Rationes multas, leges, canones, DD. testimonia præterij; quia nisi ea præterijssem, non epitomen confecisset, sed ipsos commentarios in alias chartas transtulisset. Cum Alex. Leonis, Gregorij, atq; aliorum Pontificum Bullas innuo, Lector intelligat eas à me significari, quæ ad Tribunalis huius sanctissimi fulciendam auctoritatem emanarunt, atq; ad calcem Directorij sunt adiectæ; necnon à me in breuiarium contractæ. Quamuis autem Franciscus ipse non ex omnibus testimonia in suos Commentarios transtulerit; ego tamen è singulis aliquid, quo res disputata muniretur multis in locis produxi. Postremum ordine alphabetico tamquam in tabulam capita rerum exposui, ut ad nutum omnia lectoribus essent in promptu. Vale.

IN-